

## Angers 12 (lat)

[Ohne Titel<sup>a</sup>]

Noticia solsadii, qualiter vel quibus presentibus. **illi** homo placetum suum adtendit Andecavis civetate, kalendas **illas**, per iudicio inluster **illo**<sup>b</sup> comite vel auditores suis, hac contra<sup>c</sup> hominis his nominibus<sup>d</sup> **illus** et **illus** vel genetrici eorum nomen **illa** una cum abunculo eorum **illo**, dum dicerit, quasi aliqua femena |<sup>1</sup> nomen **illa** genitore eorum nomen **illo** per maleficio eum interfecisset. Qui ipsi<sup>e</sup> iam superius nomenati placitum eorum legebus a mane usque ad vesperum visi fuerunt custodisse, se nam<sup>f</sup> ipsa femena nec ad placetum advenit nec misso in persona sua direxit, qui sonia [noncia]re<sup>g</sup> debuissit. Propterea necesse fuerit predictis hominibus, ut hanc noticia bonorum hominum manibus roboratas<sup>h</sup> prosequere deberent. Qualiter et visi sunt fecisse.

<sup>a</sup>Ohne Titel] [Incipit solsadia] *errgänzt Mab, Zeu*

<sup>b</sup>inluster illo] *ergänzt in margine Fu<sub>2</sub>*

<sup>c</sup>hac contra] *haccontra Zeu, der haccontra als entstelltes econtra auffasst; hier contra = pro*

<sup>d</sup>his nominibus] *verbessert aus hinominibus Fu<sub>2</sub>*

<sup>e</sup>ipsi] *verbessert aus ipse Fu<sub>2</sub>*

<sup>f</sup>custodisse ... nam] *verbessert aus custodisse nam Fu<sub>2</sub>; custodisse nam Zeu*

<sup>g</sup>sonia nonciare] *für soniare, so auch Zeu, vgl. Angers 13 und 14; sonia = essonia*

<sup>h</sup>roboratas] *für robaratas Fu<sub>2</sub>, so auch Zeu*

<sup>1</sup>[fol. 146<sup>r</sup>]

